



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Exco[mmun]icatus an possit intrare eccl[es]iam [et] audire verbu[m]
[christ]i

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

percutere .i. mitis .i. castigatio .i. phitet
Ledere. cum pia sit correctio non inibetur

mulier .i. q̄ est in puerp̄io .i. verteretur

Nulla puerperio decumbens percutiatur

scz femine .i. innodatur

Femina. percussor huius banno religatur

In hac prelatorum determinat de absolutōe. et primum sic. Nam autor huius determinavit de ipsa excoicatione. Sic primum determinat de ipsa absoluteione. Et posset ista pars dividi in tot partes quot ponit documenta. ut patebit in processu. Et trahuntur ex ista plura documenta. quorum primum est. quod episcopus unus dioecesis non potest aliquem absolvere alterius dioecesis. nisi sibi esset specialiter commissum et processum. et si aliter fieret absolutio non valeret. Subdit secundum documentum dicens. quod nullus presul debet exercere officium alterius presulis in presulatu alterius. nisi processa sibi potestare. Subdit tertium documentum. dicens quod nullus citatus absens potest ligari vinculo excoicationis nisi ei prius sit nota citatio. et facies oppositum maxime errat. Subdit quartum documentum dicens. quod nulli licitum est percutere uxorem. fratrem. sororem. vel proprios pueros percussione enormi. quod ipsa correctio debet esse pia et charitativa. et talis non est prohibita. Subdit ultimum documentum quod percutiens mulierem decubentem in puerperio est excoicatus. et nullus vir debet cognoscere mulierem carnaliter iacentem in puerperio.

Dubitat autem. utrum excoicatus potest intrare ecclesiam et audire sermonem seu verbum christi. Respondet enim plures doctores. quod talis licite potest intrare ecclesiam ad audiendum sermonem et verbum christi. quia talis in predicatone et sermone posset forte aliquid audire per quod ipse converteretur a malicia sua. ergo illi licitum est intrare ecclesiam sub tali officio. sed in alijs officijs nullus excoicatus potest intrare.

Primo notandum. ex quo prius dictum est quod omnis percutiens clericum est excoicatus et non potest absolvi nisi a papa. hoc est verum nisi talis percussio clericum esset propter aliquam piam causam. ut causa discipline. in isto casu magister potest corrigere discipulos. pater filios. maritus uxorem. Pro quo nota. quod locus cum clerico non debet esse talis qui sit nocivus. quia nullus potest ledere alium et se excusare dicendo se ioco se fecisse.

Secundo notandum per modum dubij. utrum comedens cum excoicato potest participare licite cum eo. Respondet per distinctionem. vel ergo ipse comedens scit ipsum esse excoicatum publice. vel scit eum esse excoicatum occulte. Si publice tunc non debet secum comedere. et si alibi esset ubi excoicatus comederet debet surgere et non secum comedere. aliter peccaret mortaliter. Si autem scit eum excoicatum occulte. tunc in occulto potest eum vitare si hoc posset fieri sine scandalo. si autem timet scandalum. vitare non debet eum vitare. sed quotienscumque sine scandalo ipsum vitare potest non debet omittere.

quod dei .i. bona. furtive .i. frivole

Qui rapit ecclesie res furtim vel violenter

scilicet ecclesie .i. redditus ecclesia

Aut decimas eius vel censum. vel quod ab illa

.i. pcedat .i. aliquid ecclesiam

Dependet. vel qui vicio violaverit ipsam